

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti
 amen. Quia thronus principum clementia ro-
 boratur: proinde noverint universi, ad quoru
 noticiam pervenerit presens scriptum. Quod
 nos Venceslaus Dei gratias dux Moraviae,
 et dominus Plocensis, operibus pietatis avide
 attentius insistentes: pro remedio anime no-
 stre, et consortis nostrae, ac pro salute pa-
 rentum nostrorum, damus et assignamus
 ecclesiam in Rambuwo, et in Vissegrod, cu
 iure patronatus, preposito Miechoviensi,
 ordinis Cruciferorum sepulchri domini, et
 successoribus eius perpetuo possidendam.
 Ita tamen quod non ponant in eis quemp-
 iam contra nostram voluntatem, nec is
 qui positus fuerit in eisdem, sit terri-
 genis molestus, aut onerosus: nec attentet
 se opponere nostre quomodolibet volun-
 tati. Ad premissorum autem evidentiam
 pleniorum, presentes literas mandavimus
 nostri sigilli appensione communiri. Da-
 tum in Vissegrod, in die beati Nicolai,
 anno Domini, millesimo tercentesimo
 vigesimo.

Monastica.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

110
111

